

(2) Gloria filiorum Dei est singularissima ac gaudio digna: Rom. II, 10. V, 2. VIII, 18. 21. 2. Cor. III, 18. Phil. III, 21.

(3) Etiam in cubilibus nostris continuamus iubila ac cantilenas, quando de his velutum somniamus, corde celestibus bonis replete.

## USUS E VERSU VI.

(1) Exaltandus est Deus cum mente, tum guttura seu lingua, ita scilicet, ut alii eundem incipiunt nobiscum magnificare, contemnit vanitatibus prioribus.

(2) Sicut Israëlitæ, Cananeam expugnantes, gladiis uiebantur acutis: ita ad expellendos è cordibus hominum demones, opus gladio verbi: Eph. VI, 17. Ebr. IV, 12. 2. Corinth. X, 5. 6. 2. Thess. II, 8. Apoc. I, 15.

## USUS E VERSU VII.

[1] Ultio si in gentibus, quando earundem ignominiosa de Deo Deique verbo extirpatur sententia, quando corda earundem compunguntur, &c. Actor. II, 37. 54.

[2] Castigationes sunt per verbum legis: Actor. XXIV, 25. qua ratione Johannes Bapt. eum colles dejet, viasque accessu Regi Messie complanavit.

[3] Huc Vocatio Gentium Nationumque ad Messie regnum: Jes. XLIX, 6.

## USUS E VERSU VIII.

(1) Reges ad ecclesiam perducendi: Psal. II, 10.

PSALMI CL. DISPOSITIO.  
Instrumenta laudis.

DEQ universa psallite.

**E**xcitatio hæc ad laudes divinas suppeditat tum (1) laudis impulsivas, (a) quia DEUS est incola tum sanctuarii, tum cælorum fortissimorum vers. I. (b) propter

## PSALMUS CL.

## EXPLICATIO VERSUS I.

**L**aude Deum: ) De Psalmi hujus decantationi primitiis in Templum allatis, vide Selden. l. 3. de synedr. p. 204. & Psalmus hoc semper oblectatus Antonius Archiepiscopus Florentinus etiam agonizans, apud Severan. exempl. mor. p. 73.

**C**ontra קָרְשׁוֹ in sancto ejus: ) h. e. qui habitat in sacra templi sui æde; quomodo eadem hæc vox adhibetur Psal. LX, 8. CVII, 8. locutus est Dominus בְּקָרְשׁוֹ in sanctuario suo; ubi scilicet responsa dare, precesque una cum laudibus sibi factas acceptare solet. Psalm. XX, 3. mittat auxilium tuum מִקְרָשׁ è sanctuario. Ita apte etiam congruit cum eo, quod sequitur: laudate eum in firmamento roboris ipsius. Sic de sanctuario etiam Piscator, Stephanus, Symmachus, Aquila, R. Juda Levites apud Aben Esram. Lutherus: in seinem Heiligtum. Campensis: ob insignem sanctitatem ipsius; Junius: de sanctitate. Tirinus & Muis ob sanctitatem. Vulgatus: in sanctis ejus. quod Lovan. de sanctis hominibus, ut & PP. quidam. Vide Amam. antibarb. p. 892. Chamier. t. 2. l. 19. c. 2. §. 6. 7. Calov. crit. p. 685. Cocceius de carnis Messiae sancto habitaculo, in quo tota plenitudo Deitatis &c. Job. I, 14. II, 21. Luc. I, 35. IV, 34. Col. II, 9. &c. R. Mose apud Aben Esram de cœlo. Kimchi de המלאכין עולם mundo angelorum,

(2) Vinciuntur catenis conscientie, quando per veruatis vim conficti extricare se nequeunt, Dei dentes tandem honorem.

(3) Etiam honorati atque nobiles reperiuntur inter Christi subditos: Psalm. XXII, 30. 1. Corint. I, 26. Jac. II, 5.

(4) Compedes ferrei obsequium exprimant conversorum plane singulare; abnegantes siquidem seipso, carnemque crucifigentes, mancipant se totos Christo: Matth. XVI, 24. Gal. V, 24.

## USUS E VERSU IX.

(1) Ubique inherendum verbo scripto: nil ex arbitrio proprio.

(2) Judices in ecclesia dantur Judiciumque, non quale in foro, ubi delicta quoad omnes circumstantias examinantur atque puniuntur, verum quale praescripsit Deus quise humiliat, [per paenitentiam seriam,] qui crediderit, non condemnabitur, sed exaltabitur: Luc. XIV, 11. XVIII, 14. Joh. III, 16. XX, 23. Matth. XVI, 19. XVIII, 18. IX, 3.

(3) Honor Sanctorum omnium est, subjugare malos spiritus & sub pedibus suis conculcare: Rom. XVI, 20. XIII, 37. VI, 10. seqq. 1. Joh. V, 4.

(4) De clave ligante & solvente in L. de disciplina eccles.

## PSALMI CL. DISPOSITIO.

DEQ universa psallite.

potentiam ipsius: (y) ob innensam magnitudinem vers. 2. Tum (2) laudis instrumenta: v. 3. ad 6. Tum (3) laudantes: una quæque anima: v. 6.

sicut רַקֵּעַ de supremo orbe nono, ambiente universa. Verum ut Sanctuarium & Cælum, tanquam Dei habitacula, conjunguntur alias 1. Reg. VIII, 13. 49. Jes. LVII, 15. &c. ita & hic eadem non inconcinnne conjungemus.

ברקיע ob cœlum: ) quod argumentum est fortitudinis illius: Campensis. de expanso laudato ejus, Junius. In extensione fortitudinis ejus, Cajetanus. In expanso robusto ejus, Piscator. in expanso valido ipsius, Cocceius. in dem Firmament seiner Kraft / Moguntina. Nimurum ut alias Deus habitare dicitur tum in sanctuario, tum in cœlo ita & h. l. sanctuarium ac cœlum comode copulantur, quorum unum refert quodammodo alterum, & sicuti templum de regno gratiæ, ita cœlum de regno tum potentia, tum gloria, nos admonere potest. Ut vero affixum nomini regenti additum, sensu pertinet ad rectum, ita & hic mens Psaltæ est: laudate eum in firmamento ipsius robusto, quod scil. nullis periculis, ut hæc caduca, est expositum, quod tamdiu & per tot secula invariatum permanxit semper, cuius influxus in hæcce sublunaria sunt robustissimi, &c. Alias vox רַקֵּעַ in regimine semper post se habet nomen שְׁמִים, v. g. Gen. I, 14. 15. 17. hic vero sequitur וְעַ, ad exprimendam cœli tum soliditatem, tum influendi virtutem & efficaciam. Kimebi: qui in firmamento robur Dei conspicuum vel maxime.

N n nn n 3

EXPLI-